Atque alia huius generis adhibebant plurima quae hic omnia enarrare nimis longum
foret. Ita diu turbato concitatoque Celinagi animo, advenit mox alter avuncu-
lus Marchio, et Summanum allocutus petijt an revera Illuminatus in eius
cubiculo haereret et si id esset ei loqui permitteret. Fassus est Celina-
gus adolescentem Monurum; et simul causam, Quia inquit praeter-
lapsis hisce diebus occurrit illi obviam nebulo iterumque alter qui ei ma-
le minitabatur ego vero ut periculum agnovi et totam conspiratio-
rum meorum tradari insidijs hic ipsum condidi ut salvus esset ab
eorum manibus, et tutum posset habere iter in patriam, quodiam
indixerat. Oravit Avunculus ut ipsum ad eum intromitteret, et lo-
qui cum eo sineret. Celinagus antequam hoc permitteret accessit Illu-
minatum et omnia quae apud agebantur enarravit simulque hoc ulti-
mum, Quod licet videbatur durum Illuminato assentire tamen eius
tandem rogationi acquievit. Avunculum intromitti ad eum permisit.
Hic mox ut sese ei obviam tulit Monurus doluit et fassus est se ex to-
to Illuminati habitu gestuque colligere quae de eo dicebantur aulicorum
pravas insidias fuisse, tamen quia tot susurronum calumnijs incita-
tus erat rem contra Illuminatum prosecutus dixit. Tune igitur es
ille qui tantarum apud nos es causa dissidiorum? qui optimas te abdendo-
rum tuam in patriam Celinagum, profecto nisi huic sententiae finem
imposueris curabimus ut in imos deijciaris vel multos annos carce-
res, Respondit Monurus esse quidem se paratum in Patriam proficisci
at de Celinago plane nihil scire neque eum sibi unquam cognitum esse eos
qui hoc deferunt ad [illegible] delatores esse multoque malius ipsos
occludere praestare quam aurem porrigere, Sed contra Marchio ille a-
crius non quos habemus negatione firmus tamen plane ita esse itemque
intelleximus te venena habere parata quorum exiguo frustulo citis-
sime plurimi homines cadunt teque dixisse quod alios gentes Ducem vo-
luisse hunc suum filium veneno interficere, Respondit Illuminatus
non miror haec verba te dicere cum sciam a quam falsis susurronibus
et mihi perduellis ea habeas quod vero te credere ostendas hoc miror
me unquam tam iniquditatem verborum pronuntiare potuisse. At rem (inquit)
ex sententia enarrabo, familiaris mea erat cum dux [illegible] utique-
net scis hic a me petijt an venena conficere nescirem respondi ego nesci-
re me sed esse libros qui fuse eam materiam prosequuntur, horum unum ut sibi in-
venirem iussit, nunquam ego hoc perdidi et haec causa est cur de veneno loqua-
tur quod reliquum mihi obijciunt hoc plane falsissimum est neque absolutione
alia get, sed quemadmodum gratis dictum sic gratis rejicio, tamen adhuc